

Epitome Chroni-

CORVM REGVM GAL-

liæ à Pharamundo ad Ca-
rolum eius nominis
nonum.


Vna cum corundem iconis quanta
fieri potuit, expressis



PARTI L S,

Apud Gulielmum le Noir, via Sancti Iacobi, ad
insigne Roata alba.

1566.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

Epitome Chroni-

CORVM REGVM GAL-

liæ à Pharamundo ad Ca-
rolum eius nominis
nonum.


Vna cum eorundem circa quod quantum
fieri potuit, expressus



P A T I L I S,

Apud Guliellum le Noit, via Sancti Iacobi, ad
insigne Rota alba.

1566.



Typographus Lectori.

 *V*ox hoc compendium
rerum fortiter ac fœli-
citer gestarum à nostris
regibus à Pharamundo
primo francorum rege ad Carolum
eius nominis nonum nunc rerum po-
tientem, in lucem adiderimus, Le-
ctor, mouit nos in linguam nostram
gallicam patruis amor cupidi eius il-
lustrandæ: quò tibi magis gratum es-
set hoc compendium huic regū ico-
nes ad viuum quantum fieri potuit
expressas addidimus sed cum mul-
torum nulla sculpta numismata vi-
derimus, ex fide dignis historiogra-
phis eos delineauimus, hac que in re
nos facile excusatos habebis, quibus
veterum numismatum eorum effi-

A ii.

gie impressorum copia defuerit,
 Gallis enim antehac curæ non fuit
 regum suorum sculpere effigies (vt
 romanis mos erat) Imperatorū suo-
 rum imagines auro argento & aliis
 metallis insculpere. Huic operi quan-
 tum potuimus diligentem nauauim-
 us operam & grato animo, lector,
 hoc nostro labore fruere. Vale Lute-
 tie Calendis Ianuariis. 1566.



Dicitur post mortem Genebaldi
 francorum ducis, initum
 est concilium in ciuitate
 Vurtiburg, adhoc ut eli-
 geretur Rex. in hoc con-
 cilio conuenerunt Pharamundus o-
 rientalis Franciæ dux, Marcomirus
 dux, & alij cum plures tam Duces,

A iij

Principes, Sacerdotes, quām Philoro-
phi, hi omnes vno ore in Pharamun-
dum Marcomiri filium cōsenserunt:
qui regnauit septem Annos absque
aliquo tumultu bellico; & tradidit o-
rientalē Ducatum fratri suo Mar-
comiro, quem rex̄it annis 18. & post
obitum suum eius successores, usque
ad Pipinum regem. Cæterūm hic
Pharamundus, ut rudem adhuc po-
pulum ad mansuetiorem viuēdi mo-
rem adduceret, quatuor spectatæpro-
bitatis viros elegit, qui veteres leges
instaurarent, & Saliquam legem cō-
scripterunt. Per id tempus Vuandali,
Alani, & Suedi, Hispaniam inuase-
runt, & subiugarunt, quam in tria re-
gna diuiserunt, quæ tandem post in-
testina bella perdiderunt. Obiit au-
tem Pharamundus. Anno sui regni
vndecimo, à creato Mundo 4391. no-
stræ Salutis 430.


DE CLODIONE XI. REGI.



Mortuo Pharamondo, Clodio fi-
lius eius coronatus est in regem
hic suis subditis imperauit, ut promis-
sam barbam & crines gererent, quò
à Gallis internoscerentur, nam hos
qui ab eo superabantur Galli, rade-
bat, seruitutem indicans, videns au-
tem Thuringos, Saxones ac Germa-

nos initum fœdus, quod cum francis
inierant post 430. annos rupisse nec
sibi opitulatos esse eo tempore, quo
Marcomirus ab imperatore Valen-
tiniano occisus est , expeditionem
multorum militum in eosparauit, &
tributarios reddidit. Quia victoria po-
titus, cum suis militibus Rhenū tra-
iecit , & Thogros in dditionem ce-
pit, oppiduti nunc Brabantum co-
gnominatum. inde prosperam suam
fortunam prosequens simul cupiens
nomen suum extendere Cameracū
obsedit, non ingnarus à barbaris Ro-
manorum vires debilitatas esse, Ca-
meraco capto , omnes omnino Ro-
manos prostrauit, deinde Tornacum
inuadere volēti , Romani ei obuiam
veniunt magno suo detrimēto, nam
illos omnes fudit & internecioni de-
dit, quibus fugatis ac prostratis Tor-
naco potitur, & simul omnibus pro-
ximis regionibus, adeo ut regnum
suum ampliaret ab Rheno, ad usque

mare Morinū quod fuit initium in-
felicis fortunæ Romanorum, & sub
egit sibi ac debellavit Provincias &
regiones Tornacensium,Camaracē-
sium, Brabantum, Attrebatensium,
& Bellouacensium : Obiitque post
Annū regni sui xvij. à creato mun-
do 4409. Salutis nostræ 448.




DE MEROVEO TERTIO REGE.



Clodioni successit Meroueus, ut filius natu maior, secundum opinionem Tritemij: ut sanguine propior secundū alios, hic dum animadverteret Gallos ab Atilla Hunorum rege valde opprimi, cum Romanis atque aliis vicinis foedus pepigit deinde magna vi, & manu armata

invasit & prostrauit in campis Cathalanicis, ubi centum & octuaginta hominum millia cecidere, huic autē hæredes regni fuere nepotes sui ad usque Pipinum regem, & obiit anno regni sui decimo. à creato mundo 449. Salutis nostræ 458.




DE CHILDERICO QUARTO REGE.



Mortuo Meroueo Childericus eius filius Francorum imperium tenuit: is multorum vxoribus ac virginibus pollutis & constupratis, infestos sibi proceres regni reddidit, qui eum regno expulerunt, ac in regem sibi ascuerunt Gilonem Romanum, hic autem Gilo Anno regni sui

octavo propter nimiam auariciam Imperio defunctus est, & reuocatus Childericus, quod dum resciret elegans Basyna, cum tali sumptu & vultu ad eum venit, ut cogeretur eam in uxorem accipere, reclamante Bissino Thuringiæ rege, qui eam repudia rat. Post hæc multa egregia facinora perpetrauit Romanos apud Gallias fudit, aduersus quos usurpauit Coloniā Agrippinam, & Threnisum. deinde in Italiam traiecit, atque Ale manos fudit, præterea Saxonum vi tor Autelias obtinuit, & andegauū, non sine magna hominum strage. Obiit Anno sui regni xxvj. à creato Mundo 4444. Salutis verò. 484.



DE CLODOVIO QVINTO REGE.



Clodouenus Childerico patri succ
cessit, qui sua magnanimitate Su
cessionem debellavit, Bissimum regē
vicit, & Thuringos. Clitildam Bur
gundam invxorem accepit, quæ cum
vt à Paganismo deficeret supplex o
rauit, cui primum non assensit, verum
enim uero cùm aduersus Alemanos

conflictaretur, ac de victoria despe
raret, Dei sui meminit, atque in eum
credidit, qui cum victoriæ cōpotem
effecit: post partam victoriarn à San
cto Remigio sacrum Baptisma sus
cepit, anno regni sui quinto & deci
mo. huic demissum est diuinitus ve
xillum, quod Auriflamma dicitur: cu
iusvirtute propulsauit Arrianos, Gō
dobaldum Burgodorum regem, ac
Visigothos ex Aquitania, occiso eo
rum rege Alarico. Quibus rebus e
gregiē confectis, Anastasius Impera
tor eum Augustum appellauit, & Im
peratoris nomen tribuit. Obiit anno
sui regni xxx. à creato Mundo 4474
Salutis nostre. 514.





Clodoueus quatuor liberos superstites reliquit, quorum cum Theodoricus esset maximus, nihilominus tamen in regem non est electus, quasi non iusto matrimonio procreatus, sed Childebertus. sed tamquam sibi etiam diuiserunt paternas regiones. Childebertus Parisios, & totam Neustriam

(nunc Normaniam) portionem accipit Clodomires Genabum (nunc Aurelias) & Aquitaniam. hic occisus est in bello quod gerebatur contra Burgundiones, septimo anno a mortuo patre. Clotarius Suessonem, & Picardiam. Theodoricus Austriam, Lotharingiam, Brabantium, & Germaniam. hi omnes strenue depugnarunt multis reportatis victoriis, sed Paulus post orta est maximalis atque inuidia inter fratres ac fratum filios, qua Deo fauente sedata, recuperatur Burgundiam & Thuringiam. inde ad Hispanias transierunt, ubi Toletum ceperunt, deinceps Almarico rege. Childebertus inde rediens ad Parisios monasterium diui Vincentij extruxit, ubi & sepellitus est. Anno regni sui. xlvi. Mundi 4519. Salutis. 559.

B



DE CLOTARIO SEPTIMO RIGE.



C Hildeberto Clotarius eius frater successit, qui sex habuit uxores, ex quibus Radegundam regis Thuringie filiam, repudiauit, post quatuor circiter annos ab initio matrimonio Quamobrem de viri assensu monachalem vitam professa est, & pictaui monasterium Sancte Cru-

cis edificauit, vbi sepulta est. Repudiavit iterum Childebertus Vultus, dodecim ecclesiæ consilio, quod suo ne poti primùm nuperat. Posthac cupiens famam & Opes extendere, nō tantum inimicis bellum indixit, verum etiam sibi sanguine iunctis, adeo ut nepotes duos morti traderet. & ob id Galliarum Monarcha efficetur. victorias complures adeppts est contra Alemanos, Burgundos, Thuringos, & Hispanos. Liberos quatuor reliquit, qui Gallias in quatuor partes divisserunt. Et obiit tandem anno regni sui v. à creato Mundo 4524. non stræ salutis. 564.



POst hanc supradictam Galliarum partitionem, ortum est inter fratres maximum bellum, quod Chilpericus Parisios occupasset: & patris Thesauros præripuisset: sed post duos annos inito foedere Aribertus Parisios & Neustriam accepit, & Francorum rex coronatus est. uxorem suam

repudiauit nullis sublatis ex ea libe-
ris, quod deperiret duas eius domi-
cillas, quibus potiebatur, matrimo-
nio id facinoris velante, Quod faci-
nus animaduertens diuus German-
nus tunc temporis Parisiensis Epis-
copus, in eum, & has concubinas
excommunicationis sententiam tu-
lit. Non multò post moritur anno
regni sui. ix. à creato Mundo. 4533.
Salutis verò. 573.


DE CHILPERICO NONO REGE

CHILPERICVS REX FRANC



Chilpericus post fratrem suum Aribertum natu maiorem, coronatus est Francorum rex. hic tres uxores habuit, de quarum prima Andouera nomine, tres sustulit liberos, ex quibus duos sceleratè ne cauit, ac per insidias Fredegondæ suæ concubinę Andoueram repudiauit, & intrà mo-

nasterij septa vitam agere coëgit. Altera fuit Galsonta Athanagildis Hispaniarum regis filia, quam Fredegondæ suasu laqueo suspendit. Itaque nullum gessit bellum nisi aduersus consanguineos, qui propter scelerata faniora eum regno exturbare nitebantur. nihilominus tamen dictæ fredegondæ nupsit: de qua liberos aliquot sustulit, qui omnes obierunt præter Clotarium ultimum. Paucis interiectis diebus venato rediens Chilpericus, auctoribus fredegonda, & Landerico eius adultero, decatus est: Anno regni sui xiii. à creato M undo 4548. salutis verò. 587




B iiiij

DE CLOTARIO DECIMO REGE



Quo anno Chilpericus obiit eodem Clotarius filius eius unicus quatuor menses natus Coronatus est rex, sub tutela matri sue Fredegondæ, & Galliarum Monarcha post mortem Gontranii auunculi sui, & filiorum Childeberti eius cognati: qui penè omnes occisi sunt,

tam Clotarij consilio, quam Brunehildis illorum aviæ: quam demum Clotarius quatuor equis distrahi iusfit. posthuc gescit bellum in Saxones sibi rebelles, quos deuictos capite truncavit: sed Longobardis propter humilem animum relaxauit tributum quo se obstrinxerant eidem Clotario. Obiit autem ille Anno. xlivii. regni sui, à creato mundo. 459 r. Salutis vcto. 631.



DE DAGOBERTO UNDECIMO REGE



Dagobertus ab incunte etate crudelis fuit magis quam humanus viuis, quamquam erga mortuos non nihil pietatis haberet. qui ut bonis moribus instrueretur traditus est Sandragesillo: sed loco reverentiae cum virgis caedi iussit, & barbam amputari. quamobrem ad aliquod tempus à

patre Clotario extrusus est. Circa hec tempora exortus est in Arabia Mahumetes, atque eius secta. post haec reuocatus Dagobertus, Austrasiæ gubernacula suscepit, cuius tuendæ gratia, multa bella confecit in Saxones: attamen à patre suppetias accipiens illos deuicit, & omnes masculos in ætate bello apta, necauit. Non multò post obiit rex Clotarius. cui succedit Dagobertus, qui fratri suo in portionem reliquit Aquitaniam. Quanquam igitur Dagobertus defunctis aliquid honoris deferret, & Dyonisi nomine & duorum sociorum extruxisset monasterium prope Parisis, nomen habens sanctus, Dionisius in Francia: nihilominus tamen fuit durus & tyrannus in viuos. nam ut dotaret & ditaret id monasterium complures vrbes atque ecclesias expilauit. maximè Pictauim, quam solo æquauit, & salsparsit ut conferret sterilitatem: exuuias huic monasterio


dedit, præterea instituit nundinas, quas Landitum vocant, eas imposuit itineri per quod Parisios ad sanctum Dionysium itur. aliquot victorias ex Sclauoniis reportauit. Vascones superbos subiugavit post mortem fratris sui Ariberti, ac Britones compescuit, & in potestatem Nidicahilis eorum ducis rededit, in ditione tamē Dagoberti, & fide ducatum recepit. tandem mortuus est alui solutione. Anno regni sui xiii. à creato mundo. 4605. Salutis vero. 645.

DE CLODOVEO DUODECIMO REGE.



C^{lo}doueus legitimus filius Da-
goberti, coronatus est Fr^ac^rorum
x: & Sigibertus eius frater non iu-
sto matrimonio natus, Rex Austra-
siæ. quiquidem Sigibertus vnicⁱ filij
sui tutellam Grimoalo magistro Pa-
latij sui, commisit. sed cùm deberet
eum tutari in regno, totondit, & mi-

sit in monasterium Scotiæ. & creatus
est Rex Austrasie Hildebertus filius
eius. post duos annos Clodoueus a-
nimaduertens Grimoali astutiam,
ipsum interemit & Hildebertum re-
gno priuauit. quare totius Galliæ
Monarcham se constituit. tandem
obiit diem suum anno regni sui xvii,
à creato mundo 4622. Salutis au-
tem 662.




DE CLOTA RIO DECIMOTERT. REGE.



Clotarius Major natus filius di-
eti Clodouei creatus est Franco-
rum rex herorum consensu. hic at-
que eius successores ad Pipinum us-
que fuerunt in præfectorum Palatij,
absque aliqua administratione re-
gni, cùm propter carnales illece-
bras, subditorum utilitatem minime

curarent. Mortuus est dictus Clota-
rius anno regni sui. xiiii. à creato
Mundo 4627. Salutis nostræ. 666.



DE CHILDERICO X. REGE.



Mortuo Clotario Theodoricus
eius secundus frater coronatus
est Francorum rex: qui eodem quo re-
gnare cœpit primo anno, regno pri-
uatus est, quod ipse & Ebroynus pre-
fectus Palatij essent malis moribus
imbuti, & vita coramini: quare ad
duas Abbatias missi sunt. Theodoti-

C

cus ad monasterium sancti Dionisij in Francia, Ebroynus verò ad cenobium Lexouianum. Posthac traditū est regnum Childerico huius nominis secundo sub administratione Voulfradi p̄fecti Palatij: contra cuius voluntatem crudelia multa facinora perpetrauit, in primates & Barones regni sui. Et inter alia nobilem quendam palo alligatum, verberibus cædi iussit, nomine Bodilum. Qui postea cum rediret à venatione Childericus cum uxore Blitide, ambo ab eo occiduntur, quanquam Blitida esset prægnans. Et sepultus est apud sanctum Germanum à pratis Anno regni sui. xii. à creato Mundo 4639.

Salutis 679.

DE THEODORICO XV. R. E. G.



Mortuo itaque Childerico protinus Theodoricus eius frater ad regnum euocatus est: atque Ebroynus cenobio egressus collecta perditorum hominum manu in Theodoricum bellum mouet: spe & fine, ut in pristinum ordinem, id est, in primatum Palatij restitueretur, quod

C ii

tandem affecitus est, post multa nefanda scelera à se perpetrata, quorū in numero est, quod sanctum Ligeriū Episcopum martyrem mori fecit. atque id effecit, ut nihil non illi permitteret Theodoricus. sub cuius fauore & autoritate multam tyrannidem exercuit, usque dum Hermenfredus eū occideret. quo mortuo Pipinus de Haristello fuit præfectus Palatij, magno Theodorici commodo. nam eius regnum optimè administravit. vita functus est Theodoricus Anno regni sui. xiiii à creato Mundo 4654 Salutis 693.

DE CLODOVEO XVI. REGE.



Mortuo Theodorico inter duos filios eius conuētum est ut Clodoueus esset Francorum rex, qui admodum iuuenis obiit, sed Pipinus Heristellus tunc præfectus Palatij, totius Austrasie Princeps, egregia facinora præstítit. primum Radbodus ducem ac principem Frisonum vicit

C iii

qui legem suam deferentes, in Iesum Christum crediderunt. Idem Pipinus duos liberos ex uxore sustulit, Druonem Campaniae ducem, & Grimoalem. Tertium ex Concubina Hilperda sustulit Carolū Titudem, idest Martellum, qui fuit pater Pipino Breui. A quo incipit Francorum generatio secunda. Occubuit autem Clodoueus Anno sui regni. IIII. à creato Mundo. 4657. Salutis vero 697.




DE HILDEBERTO XVII. REGE.



Quoniam sine liberis decesserat Clodoueus, suffectus est in locū eius Hildebertus, eius frater homo inhabilis, & nullius prope animi, hic reliquens regni gubernacula dominis Palatij pacificos dies transgit. quo regnante Pipinus heristellus palatij prefectus constituit filium suum
C iiiij

Spurium Carolum Martellum hæ-
redem in ducatu Austrasiz, cum ani-
ma duertēs generosum magis, quàm
vllum legitimorum. Obiit Hilde-
bertus Anno regni sui. xviii, à creato
Mundo. 4675. Salutis. 715.




DE DAGOBERTO XVIII. XIGE.



Post obitum Hildeberti, Dagober-
tus eius filius maior coronatus est
rex, sub administratione Plestrudæ
viduæ Heristelli Pipini, & Theodo-
aldi prefecti Palatij. Qui propter suā
tyrannidem tali officio priuatus est,
non sine magno tumultu, & armis.
Nam fauorem illi præstebat Dago-

Bertrudus. Nihilominus tamen minime
victor euasit sed Theodoaldus pul-
sus est magistratu, & in eius locum
suffectus Rangfredus, qui mox exci-
tato ad rem fortiter gerendam Da-
goberto syluatam Carboniam tran-
suerit, vastatis vndeque atque incensis.
agris ad Mosam flumen usque. Eo
tempore Carolus Martellus à Ple-
struda patris sui uxore in custodia
Coloniæ detentus euasit. paucis in-
teriectis diebus obiit Dagobertus, an-
no regni sui. IIII, à creato Mundo
4679. Salutis 719.




DE CLOTARIO XIX. REGE.



Vanquam Dagobertus duos ha-
beret liberos, ei tamen minime
successerunt, quinimo suasu Rang-
fredi præfeci Palatij, primates elege-
runt Danielem presbyterum, postea
nominatum Chilpericum. At verò
Carolus Martellus carceribus solu-
tus, totis viribus annixus est, vt

adipisceretur Pipini parris sui officium , qui erat præfector Palatij , ac Hilpericum regno deiecit , sufficerit que in locum eius Clotarium secundi Dagoberti fratrem , quod non sine magno tumultu , & conflictu perfecit . Nam Hilpericus confederatus cum Rangfredo & Frisonibus Carolum Martellum ad fluuium Mosam bello inuasit , vitoria diu permanente dubia , veruntamen tandem in suas partes minimè propensa sortuna , coactus est fugere , sed fugitiuorum rursus copias collegit , atque iterum crudelius dimicatum est : sed tamen iterum victus est . Tertiò dimicauit assumpto Eudone Vasconum duce bello atrociori quam unquam : sed etiam victus , coactus est fugam capere cum Eudone in Vasconiam . Non ita diu , post Clotarius vita functus est sine aliquot præclaris gestis , tum quod tantum Regis nomen haberet (nam Carolus regni gubernacula te-

nebat) tum etiam quod breui tempore regnauit , hoc est spatio duorum anorum . Obiit nāque à creato Mundo 4682 . Salutis 722 .



DE HILPERICO XX. REGE.



DE THEODORICO XXI. REGE.




Mortuo Clotario Carolus Martellus equus admodum fuit & benignus erga veterem suum inimicum Hilpericū, quē sāpe bello vicerat, & regno pepulerat. Nā aliquātō pōst ē Vasconia eū vocauit, & in regiā sedē sedere fecit, quam sub ipsius Martelli auspiciis occupauit pacificē duos annos. atque obiit anno à creato Mundo 4686. Salutis verò 726.

Hilperico mortuo Theodoricus primò natus filius Dagoberti, auscipiis Caroli Martelli regiū dia-dema suscepit, cuius non nisi titulum gesit, nam Carolus Martellus regni gubernacula moderabatur, qui re-gnante Theodorico, multas ex ini-micis victorias reportauit. primū

per Sueuos quos iam deuicerat Bau-
garenibus bellum intulit, qui vltra
Danubium in Germania habitabant
qui bus prostratis bona Germaniae
pars se ei in fidem dedit. Interea Eu-
do Vasconiae dux defecit, qui nihilo-
minus sibi diffidens, vim & copias
Martelli minimè sustinuit, sed fugam
cepit. Per id tempus defecerunt Sue-
ui, qui Martelli opera in potestatem
redacti sunt. Non ita demum suasu
Eudonis Vasconis coniurati Abidi-
ramus Hispaniarum Rex in Francia
commigravit, cum tanta militum co-
pia, mulierum, ac puerorum, vt non
solum Gallias debellari constitueret,
sed eas perpetuo incolere. Burdegal-
lam & pistauim vrbes superauit, ac
euertit: paratus eandem calamita-
tem afferre Tuto ni Carolus Mar-
tellus vi & armis occurrisset. Quo in
certamine trecenta ac octuoginta
quinque Saracenorum millia occi-
dit. Reliquias apud Pistauos fudit.

Post tot bella opibus attenuatus Ca-
rolus Martellus, nobilibus decimas
dedit, quas nunc feudales vocant, af-
fidentibus praélatis. Circiter hæc
tempora diem obiit Theodoricus
Anno regni sui xv. à creato Mundo
4701. Salutis vetò 741.

D





Post mortē Theodorici Childericus huius nominis tertius creatus est Francorum Rex auspiciis Caroli Martelli qui eo regnante multa bella gesit, ac multas victorias reportauit ex Burgondionibus deficiens Frisonibus, & Vandalis, qui magno imetu ac crudeli in Senones irrupe-


runt. Post hęc, nec ita diu, Gothi ex Hispania profecti Auinionem obse-derūt: vnde à Martello fugati restau-rarunt bellum Narbonam versus: vn-de iteratò ab eo fugati sunt. Ex hoc prælio rediens in Franciam Carolus Martellus eo laborauit morbo, quo & mortuus est Anno 25 moderami-nis sui, partitis prius bonis suis in suos liberos. Carolomo Austrasiā, Sue-uiam, Alemaniā, & Thuringiā de-dit, Pipino qui brevis dictus est, Frá-ciam, Griffō minor natu velut exha-re-s nullam portionem recepit: quod fuit multorum bellorum occasio. In-terea Childericus velut Belua nō ni-si voluptatibus inseruebat. Quare consilio Zacharię Papę, atque assen-su procerum regno destitutus est, & monachus effectus: sicque in eo ter-minata est prima Regum Francorū generatio in linea masculina, Anno regni sui à creato Mundo 4710. Salu-tis vero 750.



Propter regum imbecillitatem & paruipensionem regnum Francie 88 annis administratum est per praefectos Palatij. atque tandem eadem ratione moti proceres, Childericum regno exurbarunt, ac in eius locum Pipinum Pusillum Palatij praefectum intromiserunt. hic anno primo sub-

ditione redegit Saxones rebelles deficientes. Postea bis Alpes transmigravit, ut opem afferret Papae Stephano sede exturbato per Astulphum Longobardorum Regem, qui multas vrbes & terras Papales occuparat, quas Pipinus restituere coegerit dicto Papae. Eo tempore ad Pipinum venere legati ex Constantinopoli à Constantino Imperatore (qui negabat Imagines templis imponendas) missi, ut Pipino magna offerrent munera. Venit præterea Bauariæ Dux magna nobilium copia comitatus, Pipino se summittens. Mox orti sunt in Aquitania noui tumultus propter Gayfiram Aquitanorum ducem noua tributa imponentem, quem præuenit Pipinus. Verum in eius rei vindictam bonam Burgundia partem vastauit Gayfirus, eam ob rem commotus Pipinus cum magno exercitu multas Aquitaniæ vrbes vicit, ac cœuerit. Clarum montem in fidem re-

cepit: & lemouicum funditus euerit
igni ac ferro. id animaduertens tota
ferè Aquitania ad Pipinum defecit.
occiso suo duce Gayfiro. finem ita
que accipientibus bellis. Pipinus mo
ritur Anno regnisui 18. à creato Mū
ndo 4728. Salutis verò 768.



DE CAROLO MAGNO XXIII. REX.




Mortuo Pipino duos eius liberi
Carolus, & Carlomanus pater
num regnum diuisere. Carolus coro
natus est rex Fracorum, atque Aqui
taniæ dominus. Carlomano cessit
Austrasia, Burgudia, Sucuia, & quod
ex Alemania pater occuparat. Verū
non post multos dies defunctus est

D iiiij

Carlomanus atque eius liber: quare
solus superuixit Carolus Galliarum
Monarqua. cui cum corporis elegan-
tia non defuit vis, & robur. Imprimis
verò minimè defuit animi vis, &
industria. Animo fuit insigni, & doti-
bus raro, & cùm natura Francus es-
set, industria ac labore Latinè, Græ-
cè, Italicè, Hispanicè, Anglie &
Alemanicè, eloqui scivit. simul & to-
tius philosophiæ ac virtutis amator
fuit, adeo ut sua magnamitate nomē
Magni adeptus sit. Atque Carolus
Magnus vocatus. Tringinta annis
totis in Saxones bella gesit, qui ve-
teres inimici Francorū erant. Quos
tandem duodecima conflactatione
victos coēgit Christi fidem recipere.
Vascones superbos rebelles in suam
ditionem redigunt. Adrianū Papam
sede electum per Desyderium vlti-
mum Longobardorum regem, post-
quam regnarunt 204. annos, in se-
dem Papalem intromisit. Propter cu-

ius beneficij gratitudinem, statuit
Adrianus quod non eligeretur in
Francia Episcopus, nec Romæ con-
secraretur Pápa absque Caroli ma-
gni consensu. Post aliquot menses
maxima bella gesit aduersus Hun-
nos, qui à Scythis in pannioniam ve-
nerant, vbi tam munitos se effe-
runt, ut omnes alias nationes vilipen-
derent. propter suæ ditionis termi-
nos lites mouerunt cum Saxonibus,
iam à Carolo devictis. Igitur Caro-
lus per septennium aduersus eos bel-
ligeratus est, ac post varia bella & vi-
ctorias usque adeo huiusmodi Hun-
nos debilitauit, ut in miseriā ab o-
mnibus contemnendam venirent.
Post hæc Leonem Papam iterum in
sedem intromisit. Quamobrē assen-
tientibus primoribus Italię, Impera-
tor creatus est. Imperator constitu-
tus multa præclara facinora præsti-
tit, tum ipse, tum eius liberi, tum sui
duces siue Capitanei. Hispanias sub.

actas reddidit, Hunnos ab Hungaria,
Sardinenses, Maritanos, Britones ac
cōplures alias nationes subegit qui-
bus Christi fidem annuntiauit, ac
fuscipere coēgit. Bonarum literarum
tam' studiosus, fuit ut vnde quaque vi-
ros doctos Lutetiam conuocaret, vbi
& vniuersitatem instituit omnium
Florentissimam. obiit Anno regni
sui 47, à creato Mundo 4775, Salutis
verò 815.



DE LVDOVIC E XXV REX.



Carello magno successit tam in
Regno quam in imperio filius
suus vnicus Ludouicus cognomi-
natus Pius, Princeps sapiēs ac huma-
nus, qui ab in eunte etate Aquitanię
gubernacula suscepit: & bonam Ara-
goniz partem ab Hispaniis superatā
ibi subiecit. Inde in Franciā reuersus

patrem suum mortuum reperit. Ob
id coronatus est Rex, & Imperator.
Vsque adeo promptus & benignus
fuit, vt Frisonibus ac Saxonibus resti-
tu eret vrbes ac terras, quas eius pa-
ter aduersus eos bello ceperat. pluris
faciens voluntarium obsequium, quā
coactum: nihilominus tamen Ber-
nardum decollauit, quod Longobar-
dos ad defectionem alliceret, Brito-
nes & Vascones in suam potestatem
redegit non illi satis erat quod tem-
poralis administratio sui regni & qua-
effet, sed etiam repremisit malos mo-
res, ac depravatos usus Sacerdotum
ac prælatorum. Quam ob rem eum
tali odio prosecuti sunt, vt eū regno
& Imperio priuarent, atque is auto-
ribus suis liberis Lothario Pipino, &
Ludouico captus & vincitus, coactus
est cucullam Monachalem induere.
vetum post sex Menses à principibus
delictum suum agnoscentibus regno
restituitur, habitus maiori in pretio,


quam vñquam. Bauduynus Pânoniæ
præfectus pro dono eximio misit ad
Ludouicum Organistam percelebrē
quætes nouæ & incognita erat Fran-
cis, quod nunquam organa vidissent
quorum usus demum frequens apud
eos factus est, post hæc Ludouicus
multa memoriz digna perpetrauit.
Nationes præfractas ac perfidas per-
domuit, humiles ac subiectas liber-
tate donauit. Bona sua liberis suis
partibus est atque ea gratia Lotha-
rium ex Italia vocauit, cui dedit re-
gnum Austrasiaz cum tutela Caroli
parui, qui regno Franciæ potitus est,
Ludouico ducatum Bauariæ, Pipini
filii Aquitaniam. circa hæc tempo-
ra, Angli suum regem occiderunt: at-
que à Dannis Anglia occupata est.
Interea obiit ipse Ludouicus Pius, an-
no regni sui circiter 26, à creato Mû-
ndo. 4800. Salutis verò. 840.



QVanquam Ludouicus diuisisset bona suis liberis & Lotharius tutellam Caroli pusili cognominis Calui, accepisset, nihilominus tamen Lotharius contra fidem & paternā reuerentiam torum sibi arrogauit. Quæ causa fuit belli inter fratres ac nepotes, adeò cruenti, quod tantus

nobilium & aliorum militum numerus trucidaretur, ut unicus dies Franciæ claves inimicis traderet. At vero ad Carolum tandem fortuna inclinavit. Postea consenserunt fratres quod sui nepotes succederent Pipino patri. Aquitanus regi. Ludouicus sicut antea Bauariam possideret. Lotharius Italiam regno atque imperio Romano potiretur: Carolo Gallia cederent à mari Britanico ad usque flumen Mosam, circū eundo versus montes Pyreneos sic itaque fuit Franciæ rex. Post annos 4. à morte Ludouici patris eorū ipse mox suos nepotes regno Aquitaniæ priuauit, Monachos que effecit. Quo regnante Danni ac Normani quoniā tota militum Franciæ vis occubuerat in bello fraterno multa ac innumera dāna ipsi Franciæ attulerunt. Verū à Carolo ab Andegauo expulsi sunt. Finitis his bellis Lotharius atque eiusliberi mortui sunt, sic Carolus superstes Rex & imperator extitit, tres liberos habuit, Carlonem

cui propter morum improbitatem oculos ademit: Carolum, qui ante ipsum patrem obiit, & Ludouicum, qui Franciæ rex extitit. Et filiam vnam, quam rapuit Bauduynus: & postea in uxorem accepit. cui tradita est sylua Carbonaria, eò loci vbi nunc est comitatus Flandriæ. Carolus itaque reddiens à suscepto Imperio in itinere à Roma veneno necatus est, Anno regni sui 38, à creato Mundo 4838.
Salutis nostræ 878.




DE LUDOVICO XXVII. REGE



IN Caroli Calui regno successit Ludouicus Balbus filius eius vnicus, qui strenue profligauit Normanos, qui post fratrum concertatione multas incursions aduersus Francos fecerunt, atque eorum terras deuastarunt, uno atque altero cōflictū ex ipsis vndecim millia ferro necauit, nec

E

tamen ita vincere aut subiugare potuit, quin post eius mortem ad arma redirent his finitis bellis Ioannes Papa huius nominis octauus dedit ei quiaram imperatoriam. Quanquam Carolus filius Ludouici ducis Bauariae esset Imperator. Tandem obiit Ludouicus Balbus Anno regni sui II à creato Mundo 4840, Salutis nostræ 880.



DE CARLONE XXVIII. REGE.




Post obitum Ludouici diuisa est Francia in maximas sectas: aliis volentibus vocare ad Regnum Franciæ Carolum Imperatorem, ac Germaniæ Regem: aliis cupientibus elegere Bosonem fratrem reginæ, qui postea Aquitaniam occupauit: aliis vero regale Coronâ adseruare Carolo
E ij

regis defuncti posthumo. Sed mai-
or pars Carlonem & Ludouicum il-
legitimos dicti regis filios elegit : qui
optimè Regnum administrarunt. &
multas victorias ex Normanis Fran-
corum veteribus inimicis, reporta-
runt. prope ligerim nouem Norma-
norum millia occisa sunt, compluri-
bus in Vienna flumine subuersis. Eo-
dem fere tempore Rosynus Prouin-
cie rex Viennam cepit. At Norma-
nicum videret fratres occupatos ad
eam recuperandam , magnas irru-
ptiones in Franciam fecerunt. Cepe-
runt ac expillarunt Ambianum, Cor-
biam, & vicinas terras: sed tamen vi-
cti ac fugati sunt à Ludouico , qui o-
biit Anno quarto regni fratriū. Qua-
re solus Carlo Franciam possedit, ac
Viennam recepit. Per id temporis
Normani ex Alemania prodeentes,
Campaniā excucurserunt, ybi mul-
tas vrbes incenderunt : atque cum
quadraginta milibus hominum Lu-

tetiam obsederunt, verum cum parū
proficerent , inde viam carpserunt
ad Nouenionē , & Suessionem, om-
nia passim depopulantes. Cuius rei
certior factus Carolus imperator in
subsidium Carloni venit , & omnes
Normani profligati sunt. Qua parta
victoria , Obiit diem Carlo Anno
regni sui 5, à creato Mundo 4845, Sa-
lutis 885.

E iij






Post obitum Carlonis Ludouicus eius filius coronatus est rex Francie: neque tamen illi commissa est: totius regni administratio, propter suam pusillanimitatem, & voluptatem: sed regni habendas suscepit Carolus Imperator, quas optimè rexit. Ludouicus vero eò quod virtutis eximiae

nulla reliquerat facinora, nihil faciens, vulgo dicitur: & quia è monasterio aduocarat ad ser Religiosam, cùque turpiter abusus fuerat, sede pellitur Anno sui regni v. à creato Mundo 4850 nostræ Salutis 890.

E iiiij





Vanquā regnum deberetur Carolo Simplici, Ludouici Balbi regis filio, attamen quod tantum decē annos natus esset, & quod Franci à Dannis opprimerentur, Odonem celerunt ut tutorem, & regni administratorem sub eodem Carolo, hic Odo virili ac generoso animo regnū


defendit, ac Dannos veteres inimicos vicit. est que memoriae mandandum quod circa hæc Arnauldus Carolonis filius per duodecim annos Imperator extitit. Atque eo Mortuo eius filius nomine Ludouicus decem annis Imperauit in quo masculi nepotes Caroli magnicessarunt imperare Romanis. Quare Romanorum Imperium apud Francos cessit tantum per 110 annos, Post hæc occubuit Odo Anno ix regni sui, à creato Mundo 4859. Salutis 899.




Carlo simplici quamuis cederet ab incunabilis regnum Franciæ per obitum patris sui Ludouici Balbi, nihilominus tamen frustratus est viginti annos. Nam Ludouicus & Carlo eius fratres spurij regnum usurparunt quinque annos. Ludouicus nihil faciens alteros quinque annos.

Post quem Odo decem annos, qui moriens reliquit Carolo successiōnem dicti patris eius Ludouici Balbi: nec tamē sine multo labore. Nam Robertus Parisiorum comes inten-debat succedere fratri suo Odoni ul-timo regi. Eam ob rem bellum mouit in Carolum Simplicem, vbi ipse Robertus peremptus est. Sic Carolo regnum cessit. Verum à Dannis un-dequaque obcessum est, Rothoma-gum ceperunt, Burgundiam vastarunt. Nanetem expilarunt, Andega-uum, Turonum, ac totam Aquitaniā percucurserunt. Aruerniam depopu-larunt, ac Suezionum terras. Atque per totam Franciam multas Clades intulerunt, parati eam ad interitum perducere: & Christi fidem abolere, nisi ad pacem componendam Caro-lus Gillā suam filiam in vxore Rol-loi tradidisset, Dānorū duci cū to-ta simul Neustria. quā Rollo Norma-niam nominauit, Hoc peracto, Dāni

bello abstinuerunt, & Rollo Baptiza-
tus est. Post duos annos Carolus , a-
lias Hebertus Viromandorum Co-
mes , cupiens vlcisci mortē Roberti
Parisiorum Comitis , cuius sororem
vxorem acceperat, Inuitauit regem ,
vt in arce quoq; Peronę erat diuertetet
quo loco captiuus obiit Anno regni
sui xxvii, à creato Mundo 4886. Sa-
lutis 926.




DE RADVLPHO XXXII. REGE.



In terea dum Carolus simplex ca-
ptiuus detincretur Perone, Algina
eius vxor Anglorū regis filia ad suos
rediit, vna cum Ludouico suo filio:
quamobrem absente Ludouico post
mortem Caroli patris sui electus est
in regem Francorum Radulphus, fi-
lius Richardi Burgundiæ ducis, au-

xilium præstantibus magno Hugo-
ne Parisiorum comite , & Herberto
Viromandorum comite. At ille in-
tercūtibus quām minimis animali-
bus adeò cortosus diem extremum
obiit regni sui Anno ii, à creato Mū-
do 4888. nostræ verò Salutis 928.



DE LUDOVICO XXXIII. REGI.



Mortuo Radulpho, Hugo Magn^o
tunc Comes Parisiorum, & pri-
mus administrator Franciæ, accerci-
uit ex Anglia Ludouicum, vt veni-
ret coronam, ac regnum patris Ca-
roli Simplicis suscepturnus, quod fa-
ctum est. Anno regni sui tertio in-
surrexerunt aduersus eum primores

Franciæ, quos facile in officio sibi obedientes retinuit, per fœdus quod pepigit cum Guillelmº Normannorū Duce, & Hérico Germaniæ regc. post paucos dies Hebertum comité laqueo suspēdi iussit, quod captiuum detinuissest, ac mori coëgisset Carolum Simplicem huius Ludouici patrem. post aliquod tempus mouit bellum non satis equum contra Normanos cum maximo regni detimento. Nempe suis militibus victis ipse in captiuitatem ductus est, vnde emer gere non valuit quin filiū suum Cartonem obsidem daret, qui obses mortuus est. Tum demum Hugo Magn⁹ omnibus viribus adnixus est, ut Ludouicum regno priuaret, & multas molestias intulit. Attamen febre periret Anno regni sui xxvii, à creato M undo 4915. Salutis 955.


DE LOTHARIO XXXIIII. REGE.



Mortuo Ludouico Lothariuseius filius coronatus est rex Francorum, qui satis prosperè regnum administravit. quamuis non nulli subditorum sibi bellum mouissent, præcipue Comes Parisiorm. Quos tamen vicit, ac totam Franciam pacificauit, Austrasiam totam, quam

F

imperator Otho aduersus Francos
vsluperat, recuperavit. tandem obiit
Anno regni sui 31, à creato Mundo
4946, Salutis nostræ 986.




DE LYDOVICO XXXV. REGE.



Post obitum Lotharij Ludouicus
filius eius unicus decem & octo
annos natus, creatus est Rex: fuitque
ultimo stirpis Caroli Magni in li-
nea masculina. Quamuis Carolus
suum auunculus sibi debuisset succe-
dere, tamen propter animi impoten-
tiam, minimè suscepimus est in regem,

F ij

quin potius Hugo Capetus, Parisio-
rum Comes, ac præcipuus Franciæ
administrator. obiit ipse Ludouic-
cus post regnum suscepturn decem
& octo menses, Anno à creato Mun-
do 4948. Salutis nostræ 988.



DE HYGONE XXXXI. REGE



Quoniam Ludouicus quintus mor-
tuus esset nullis relictis liberis,
magna dissidia in Francia orta sunt.
Nam Carolus Lotharingiæ dux, di-
cti Ludouici Auunculus, ut proximi-
or sanguine intendebat regno succe-
dere. Ex aduerso Hugo Capetus mul-
tis de causis aiebat regnum sibi de-

beritum consanguinitate, tum propter Ludouici imbecillitatem, qui tantum priuatis negotiis addictus esset: tum etiam quod per reuelationem affirmaret se regni successorem quare fauentibus primoribus regnū usurpauit. Qua causa Motus Carolus in Franciam cum magnis copiis descendit, sed in vrbe Laoduno Captus est, opera atque insidiis Anselmi Episcopi, quem cum vxore ac liberis viactum misit Capetus Aurelias, vbi mori eos coēgit. circa hæc tempora Danni Angliam bello ceperunt, atque Anglis imposuerunt in singulos annos tributum decem millium librarum auri. Interea Capetus pacificè regno potitus est, & primus suę originis in linea masculina. Obiit autem Anno ix. regni sui, à creato Mundo, 4957. Salutis nostre 997.


DE ROBERTO XXXVII. REGE.



Mortuo Hugone Capeto, Robertus eius filius, pacificus ac bonarum literarum amator, creatus est rex Francorum: Cui Henricus Burgundiæ dux, testamento reliquit ducatum Burgundiæ. pro quo recuperando Landericus Niuerensis Comes in Robertum bellum mouit. sed

F iij

mox victus est, & Robertus ducatum obtinuit. Regnum pacificè administrauit, & obiit Anno regni sui xxxiiii. à creato Mundo 4990. Salutis nostræ 1030.



DE HENRICO XXXVIII. REGE.




Post Mortem Roberti Henricus filius eius maior, coronatus est Francorum rex, cui Robertus frater obsistere conatus est. Navi & armis aliquot urbes & castra occupauit; sed tamen auxilio Roberti Normaniæ ducis regni septa pacificè retinuit, quod beneficium minimè compen-

fuit, nempe post ducis Roberti mor-
 tem voluit priuare ducatu Norma-
 nię, filium eius Guillielmum illegiti-
 tum: quod ut perficeret exercitus
 sui partē ad Lexoueos misit, alteram
 ad Caletos: sed adeò strenuè se de-
 fendit Guillielmus, ut Victor euade-
 ret in vtrisque partibus. sic se conti-
 nuit Henricus, & Guillielmus in pa-
 ce suas terras retinuit, qui pōst suum
 exercitum in Angliam duxit, ybire-
 gem Haroldum occidit, regnum ce-
 pit, leges & mores habitantium con-
 formauit. his bellis pacatis Henri-
 cus in pace vixit, ac obiit Anno re-
 gni sui xxx. à creato Mundo 520. Sa-
 luis 1060.



H Enrico successit Philippus filius
 eius, qui prudenter administra-
 uit regnum Franciæ Primiū argen-
 to emit Biturigum terras absque vilo
 bello. atque etiam Vastinum, &
 Montem melianum. postea regni gu-
 bernacula filio suo Ludouico relin-
 quēs, voluptati ac Lasciuiz se totum

addixit. Nam septem annos abusus
est vxore comitis Andegauensis, tum
demum admonitus à Papa Paschali,
vxorem suam penes se recepit. quo
tempore aliquot Franciæ primates
se se coegerunt, ac conuenerunt ut
bellum in Paganos mouerent: ex qui-
bus tot millia interneccioni dederunt
ut Godofredus Ierosolimorum rex
diu extaret. Mortem obiit Philippus
Anno regni sui xlxi, à creato Mun-
do 5069. Salutis 1109.



DE LUDOVICO XXXX. REGIS



Dicitur Ost quinque dies à morte Philip-
pi, Ludouicus eius filius cotona-
tus est Franciæ rex. qui prudenter re-
gnum administravit atque ut ab om-
ni dcprædatione liberum redderet,
sæpe quasi princeps æquus ac virtuti
fauens, regiis ornamentiis relictis cum
plebe versabatur, ea gratia ut vsum,

ac viuendi morem intelligeret, subditos vestigalibus ac aliis oneribus leuando pluris facias eorum pacem ac quietem, quam opes reconditas ac bella, contentus regno patris Philippi: à cuius finibus Repulit imperatorem Henticum. bis etiā fortiter beligeratus est aduersus Henricum Anglæ regē, qui nolebat Ludouicū superiorē in tota Normania agnoscere quo tempore Philippum filium suum regem instituit, qui mox Parisiis occubuit, ex equo decidēs, cui successit Ludouicus eius frater. Ceterū obiit supradictus Ludouicus Anno regni sui circiter xxviii. à creato Mundo.
5097. Salutis 1137.

DE LUDOVICO XXXII. RICE.



Ludouico groso successit Ludouicus iunior eius filius, qui tam pius fuit erga afflictos, quod Imperatoris Conradi fauorem emergetur, nec dubitaret mare præteruehi, quod opere afferret Christianis à Turcis oppressis: aduersus quos sèpe victorię compos euasit, quanquam multos ex

suis perdidit, ac propter proditionem
Siciorum & Gr̄ecorum (qui cum Tur-
cis colludebant) minimē potuit votis
suis respōdere. sed multis malis per-
pessis, ac suis & rebus & militibus a-
missis tandem coetus est in Franciā
redire. vbi post redditum vxorē suam
Alienorā repudiauit, de proditione &
adulterij suspicione accusatam
cum qua Aquitaniam, & Piastauium
perdidit. quas terras recepit Hen-
ricus Anglię rex despondens hanc A-
lienorā. cuius rei indignabundus
rex Ludouicus totis viribus annixus
est has terras recuperare: Verūm tan-
dem post multa bella permisit Hen-
rico harum possessionem, dum modo
in fidem eius se tenere fatetur. mor-
tuus est autem Ludouicus paraliti-
cus anno regni sui xliii. à creato Mū
do 5140. Salutis 1180



Post Ludouicum Iuniorem, Phi-
lippus eius filius creatus est rex
Frāciæ: in deum fuit piissimus. Nam
edicto sanxit ut nemo quisquā blas-
phemaret: ac omnes Iudæos regno
pepulit, qui illicita perpetrabant. Lu-
tetia loca mercibus dicavit, quæ ha-
las appellant. cimiterum sanctorum

G




innocentium muro clausit, vias urbis
pauimento stravit: alto muro eam cir-
cundedit. Coterellos male moratos
dissipauit. mox mare preter vectus
est, vi suppetias afferret Christianis.
Aconem non sine molestia cepit. in-
de in Franciam reuersus est, veritus
astutiam Richardi Anglorum regis,
& Ioannis fratri eius, & aduersus
hos post multas conflicitationes ce-
pit Normaniam, Guyennam, Picta-
uium, Cenomanum, Totonum, An-
degauum. Præterea per filium Ludo-
vicum, Angliæ regnum bello cepit,
atque Othonis Imperium, victoria
potius est aduersus Flandros. vbi co-
mitem Flandreasum, & Reginaldū
de Daimartino cepit. Albigenses ve-
terē suam doctrinē imitantē,
perdidit. Tandem obiit Anno regni
sui xliii. à crato Mundo 5283. Salu-
tis 1223.



Mortuo Philippo Ludouicus eius
filius coronatus est Francorum
rex, qui in pace firma populum suum
administrait, exonerando eum ve-
ctigalibus ac tributis, Anglos qui par-
tem Aquitanie & pictauii occupa-
bant, regno deturbauit. Incolas Au-
tionis Paſe obedire coegerit, qui qua-

G ij

dam doctrina inducti asserebant nō
esse ei vlla in re subditos post hæc
objit Ludouicus Anno regni sui.
miii. à creato Mundo 5187. Salutis.
1227.



DE LUDOVICO XLIII. REGE.



Mortuo Ludouico octavo sanctus Ludouicus eius filius creatus est Francorum rex, 12. annos natus, sub tutela Blanchæ matris suæ. Cuius rei aliqui ex Baronibus non contenti, & Ludouici administratiōnem ambiantes commouerunt Hēricum Angliæ regem, ut bellum mo-


G. iij

ueret aduersus Ludouicum, quod annuit Henricus, verum mox à Ludouico fugatus est adeo, ut pacem componere cogeretur:qua composita rex Ludouicus cum in orio se esse perspicceret, diuino cultui se totum addixit, & Carnis concupiscentiæ quæ ad omnem flagitium prona est, domandæ, ac Hospitalia complura ædificauit, Semel atque iterum mare traiecit, ad efflagitationem Christianorum à Turcis oppressorum, prima expeditione Damyatam cepit Nilo circumdataim, deinde Masseram obsecuit, ubi captus est, atque omnes eius milites tum occisi, tum in capriuitatem ducti: veruntamen sub certa conditione acredemptionis pretio in Franciam rediit. Secunda expeditione Carthaginem cepit absque magno damno, deinde Thunicum aggreditus moritur ventris profluvio. Anno xlivii, regni sui, à creato Mundo 5230, Salutis 1271.



Mortuo Ludouico Philippus eiss filius coronatus est Francorum rex, qui optimè regnum administrauit. Iuxta probitatem patris, deum super omnia diligens, atque usum, & cōversationem cum hominibus probis. Nihilominus tamen Petrum Brochium chyrurgum suum suspen-

dio mori iussit, quod secreta sua ini-
miciis reuelasset. Preterea Hispano
regi bellum mouit aduersus quem
Genam & Geronam usurpauit, ac
dum vellet regnum Aragoniae bello
capere, obiit apud Parpiniacum An-
no regni sui xvi. à creato Mundo
5246. Salutis 1286.



DE PHILIPPO XLVI. REGE.



POst mortem Philippi tertij , filius
eius Philippus coronatus est rex
Francorum , qui Magnanimus ac
bellicosus , nec potens pati iniu-
riam sibi factam à Guidone comite
Flandriæ suo vassallo (qui fouebat
partes Eduardi Angliæ regis) Ma-
gno militū apparatu eum cepit cap-


tium, ac duos eius liberos, Flandris
præfectum dedit, qui adeo duré illos
administrauit, ut noctu multos ex
Francis occiderent. Quod animad-
uertens Philippus, milites suos Cur-
tracum ire iubet, vbi propter teme-
ritatem aliquorum Capitaneorum,
viæti sunt. Quamobrem rex Indigna-
būdus per quindecim annos eos bel-
lis infestauit. ac tandem in monte
Piauro sex & triginta Flandrorum
milia occisa sunt. Quamobrem co-
ati sunt pacem petere à Rege, quibus
assensit, ac filiam suam nuptui tradi-
dit Eduardo regi Angliæ, tradendo
ei Guyennam, qua antea fisco suo ad
dixerat, Obiit Anno regni sui xxviii.
à creato Mundo. 5274. Salutis 1314.

DE LUDOVICO XLVII. REGE.



Ludouicus primùm Nauarræ rex,
post Philippum patrem suum co-
ronatus est rex, qui ab initio regni
sui, Iudeis liberum fecit in Franciam
reditum. Atque dum animaduerte-
ret subditos suos laborare ad sequen-
dum suum Parliamentum, Parisis, i-
psum constituit, per id tempus En-

guerranum de marignio equitem
auratum suspendi iussit, persuaden-
tibus nonnullis quod patris sui the-
sauros subripuisse, & plebem expi-
lasse, dum sub eo administraret. Post
haec obiit Anno regni sui II. à creato
Mundo 5276. Salutis 1316.




DE PHILIPPO XLVIII. REG E.



Propterea quod Ludouicus mor-
tuus esset nullis relictis liberis mas-
culis, & cum vxor eius prægnans
post aliquot dies peperisset filium qui
mortem oppetiit post septem dies:
Philippus Longus Ludouici frater
coronatus est Francorum rex: qui
longus propter Magnitudinem ac

gracilitatem dictus est hic nulla bel-
la gescit, quod pax esset compissa
cum Flandris. Tandem obiit Anno
regni sui v. à creato Mundo 5281.
Salutis. 1321.



DE CAROLO XIX. REGI.



Cum Philippus absque liberis de-
cessisset, Carolus eius frater cui
pulchro cognomen fuit ei successit.
quo tempore Blanca eius Vxor a-
dulterij accusata, captiuua detineba-
tur in arce speciosa, ac propter ambo
rum cognitione separati sunt, & per-
missum illis nubere pro voluntate.

Post hæc dictus Carolus pulcher ex Guyenna Anglos repulit, ac tam strenue prosecutus est, ut Eduardus Angliæ rex cogeretur mittere filium suum Eduardum tertium, qui in Guyenna atque alijs territoriis ex Francia emanatis Carolum superiorem agnosceret. Obiit itaque dictus Carolus Anno regni sui vii. à creato Mundayo 1288. Salutis 1327.

DE PHILIPPO L. REGE.



Post mortem Caroli Regis orta est magna controversia inter Eduardum Angliæ Regem filium Ysabellæ sororis regis Caroli, & Philipum Valesium filium Caroli Valesij Auunculi dicti regis Caroli, qui ambo ad regnum aspirabant: Verum conuentu habito, & consilio super has re,

H

decreatum est, quod Philippus Rex es-
set eo quod per legem Saliquam re-
gnum Fraciz non decidit in lineam
foemininam. Itaque fuit dictus Phi-
lippus Rex coronatus. Qui mox circi-
citer viginti Flamingorum millia
profligauit apud montem Calletum
qui valde indignati coniunxerunt se
cum Angliae rege, atque magnis co-
piis adorti sunt Philippum regem:
quos ut repelleret naues quadrin-
gentas cœgit, bombardis munitas,
atque alio apparatu bellico. Quas o-
mnes tribus exceptis perdidit. Præte-
rea apud Creciacum perdidit 35. ho-
minum millia, ideo Angli contra
Philippum Calletum usurparunt An-
no 1347. Paulopost obiit circiter an-
num regni sui 22. à creato Mondo
5310. Salutis 1349.

DE IOANNE II. REGE.




Mortuo Philippo, Ioannes eius fi-
lius in regno successit, qui per in-
fidias Caroli sui generi Nauarrorum
regis ab Anglis adortus est: quos
ut repelleret castra fixit apud Pieta-
rium, ubi ab Eduardo Anglorum
rege captus est, non sine magna Frä-
corū diminutione. Verū post paucos

dies liberatus est relictis duobus fi.
liis obsidibus . quos vt liberaret re-
uersus est apud Londonias cum ma-
gna vi argenti: vbi mortuus est An-
no regni sui xiiii. à creato Mundo.
5324. Salutis 1363.



Post Ioānem Carolus filius eius na-
tu maior coronatus est Frāco-
rum rex. Hic paucas terras pacificas
reperit , quod Eduardus Angliæ rex
totam Aquitaniam occuparet, & bo-
nam Franciæ partem. quas terras vt
recuperaret prudentissimos regni
sui elegit, quorum consilio viceretur
H iij

qui diuisum populum vñanitnē redididerunt . Atque tanta vi dictum Eduardum adortus est Philippus , ut recuperaret omnes terras quas suus pater perdiderat , videlicet Guiennā Xantoniam , Pictauium , Petragoricum , Chaortium , Lemouicum . Præterea cepit Castella quæ possidebat Nauarorum rex hostis suus , per fœdus pactum cum Anglis , quibus rebus peractis totius regni pacificus rex permanxit . Tandem obiit Anno regni sui xvii . à creato Mundo 5340 . Salutis 1380 .



DE CAROLO LII. RIGE.



Carolo quinto successit Carolus
sextus filius eius maior natu , hic
primùm Parisinos pacificauit , atque
apud Rosebequam castra posuit , vbi
circiter quadraginta Flamingorum
milia occidit , qui suo duci audientes
non fuerat . præterea omnes rusticos
Arvernos , Lemouicenses ac Pictauos

fudit, qui in vicinas terras saevitiam
exercebant. Oliuerium Clissonum
tam effusè adamauit, vt totius regni
habenas sibi committeret regendas.
quod animaduerens Petrus Crao-
nus per inuidiam maximam iniu-
riam intulit dicto Clifffono, ita vt eū
mortuum se reliquise putaret, quo
peracto, fugit ad Ioannem Britaniz
ducem sceleris huius consciū. quā
iniuriam rex cupiēs vīscisci, Petrum
Craonum à dicto Ioanne poposcit,
quem dare recusauit. Quamobrem
deliberauit rex ei bellum inferre: ve-
rūm cundo ad Cenomanum, mentis
impos factus est. Atque duo eius au-
unculi, Philippus Burgundionum, &
Ioannes, Biturigum dux regni guber-
nacula suscepérunt. Qui animaduer-
tentes eō insanię prouenisse ea tan-
tum gratia, vt rex iniuriam Clifffono
illatam vindicaret. qui quidem Clif-
fonus cum sub pretextu zeli boni in
republicam, magnam aurivim ex

pilasset, regali curia priuarunt. Per id
temporis Richardus Henricum re-
gno Anglię pepulit magno suo de-
trimento. nempe post paucos dies
eum in carcere mori cœgit. Post hæc
Parisiis ortus est magn⁹ tumultus ac
factio, adeo quod Aurelianensis dux
regis Franciæ frater, in etatis flore e-
xistens occideretur à Ioanne Burgū-
dię duce. Tunc Angli occasione sum-
pta à factionibus primorum Fran-
cię, facile irruperunt in Franciam:
quam omnino depredati sunt: atque
urbem Parisiorum ceperunt vbi Hé-
ricus coronatus est Francię rex, at-
que Caroli regis filiam in vxorem ac-
cepit: ex qua filium suscepit nomine
Henticum, qui post patris obitum a-
liquandiu rex fuit. Tandem mortuus
est rex Carolus Anno regni sui xlvi.
à creato Mondo 5382. Salutis 1422.


BY CAROLO V. REX.



Q Vamquam per mortem Caroli
sexti regnum debererur Carolo
septimo eius filio, tamen Henricus
sextus regis Angliæ filius fauentibus
Burgundis Parisiis coronatus est
Rex. vbi parliamentum suum con-
stituit. & Carolus ad Pictauos feces-
tit, vbi suum etiam parliamentum in-

stituit ac solūm Dominus extitit Pi-
etorum, Biturigum, Turonum & To-
losum ac Autelianorum Autel-
liz ab Anglis obseßæ, liberatæ sunt
à virgine Ioanna, & aliis primori-
bus Franciæ. qui victoriam perse-
quentes, Anglos ex Picardia & Cam-
pania repulerunt, adeo quod Caro-
lus Remis Rex coronaretur. Et puc-
la Virgo quæ in Picardia ad tuitio-
nem manserat, per insidias Anglis
tradita. Rothomagi exusta est. His
peractis Carolus iniuit fœdus cum
Philippo Burgundiæ duce, & conse-
stim Parisiensis urbem suam ei tra-
diderunt, expulsis Anglis qui in Nor-
maniam se receperant, coactis in-
ducias petere, quibus non obstanti-
bus nihilominus destiterunt Imperium
facere aduersus Franciæ confedera-
tos. Quamobrem Carolus adiutore
Scotiæ rege eos ex Normania repul-
lit: deinde exercitū suum Burdegalā
misit, & auspiciis domini Dunciehiss

Guennam recepit, ac ex tota Fran-
cia Anglos fugauit. Idcirco pacificus
Rex in ea extitit. obiit autem Anno
regni sui xxxix. à creato Mundo.
5421. Salutis 1461.




DE LUDOVICO XLI. REX.



Ludouicus certior fatus de mor-
te patris sui Caroli septimi, coro-
nari se in regem fecit, aduersus quem
bellum mouerunt eius consanguinei
cum aliis primoribus Francie:
quod pro consilio secum haberet In-
fimi status homines, ac parui pensi
maxime per Carolum filium ducis

Burgundiæ , & Franciscum ducem
Britaniæ , qui populo suadebant Lu-
douicum regali potestate abuti , belli
insultum passus est , apud monte Le-
ricum vbi coactus est statim Caro-
lium petere , ac de pace consilium ha-
bere . pro qua componanda bonam
partem tradidit eorum , quæ ipsi pete-
bant . Fratri suo tradidit ducatum Bi-
turgensem , & Guiennam Bæluam
Cardinalem effecit : cuius insidiis
quasi vincitus : retentus est à Bur-
gundiæ duce , nisi assentiret bellum gere-
re aduersus Eburonos confederatos
suos quod & præstidit , post hæc ab
Eduardo Anglorum rege oppressus ,
cum eo pacem cōposuit . vbi per Ca-
roolum Burgundionem resciuit insi-
diis quæ sibi parabantur à Domino
Luxemburgi constabili suo : qua-
mobrē illi caput abscedi iussit . Pau-
cis interiectis diebus Renatus Lotha-
ringiæ dux Carolum Burgundiæ du-
cem occidit . quo facto , Ludouicus

Burgundiæ dominus extitit . Et con-
tra Flamingos comitatum Artesien-
sem bello cepit . Tandem obiit An-
no regni sui xxii . à creato Mundo .
5443. Salutis 1483.




RON DE CAROLO LVI. RIGE.



Mortuo Ludouico coronatus est
Frácorum rex Carolus octauus
filius eius vnicus, corpore pusillo, sed
ingenio magno, ac maximè prouido.
prima eius cura fuit ad compo-
nandum regnum, & superbos domá-
dum. quod ut consequetur, maxi-
mum & crudele bellum gessit aduer-

sus Ludouicum Aureliarum ducem,
& Franciscum ducem Britaniæ, quos
deuicit, prope sanctum Albinum a-
pud Pictavium. post obitum dicti Frá-
cisci, Carolus in vxorem accepit An-
nam à Britania eius filiam, & Mar-
garetam à Flárdia Maximiliani Im-
peratoris filiam dimisi: cùm quare d
didit comitatum Artesiensem. Postea
pacificauit ducatus Guyenne, Nor-
maniæ, Burgundiæ, & Picardiæ. Ri-
chardū expulit regno Angliæ, quod
vsurparat aduersus Henricum, cui il-
lud reddidit Carolus. Preterea ma-
ximo conscientię scrupulo motus,
Hispaniarum regi reddidit ducatum
Parpiniacum, & Russelionem. Cùm
sic de suis terris constituisset, traeicit
in Italas terras, vbi à primoribus Im-
perator coronatus est. inde ad Sici-
liam iterfecit, quam debellauit, ac se
regem coronari fecit. eadé via Nea-
polim cepit. Quod ægreferentes Me-
diolanenses, Veneti, ac Romani, exi-
stimatorum cum cum suo exercitu de-

lere, per infidias maximum exercitū prope Furnouium parauerunt: nihilominus tamen ipse cum suis militibus (quoniam in singulos plus decem hostes venirent) cedierunt victorix compotes in Franciam, ubi in maxima quiete ac pace diem suum obiit Carolus, in quo finem accepit directa linea Valesiorum, quamuis multos liberos ex Anna à britania sustulisset, qui præmortui erant. mortuusque est anno regni sui xiiii, à creato Mundo 5457. Salutis 1497.



DI LUDOVICO LVII. REGI.




Cum Carolus absque liberis decet fuisse, Ludouicus Aureliarum dux sanguine propinquior in regno succedit: qui simul dimisit Ioannam à Francia, Ludouici undecimi filiam quod coactus est in uxorem accepit, & quod ad generationem inhabilis esset: ac uxorem cepit Atinam

à Britania, regis defuncti viduam.
Tam studiosc regnum administravit, ut nemo quisquam conquerendi
causā haberet. antiqua tributa ē me-
dio sustulit, ac subsidia imminuit. quā
quam atrociora bella in Italia gereret,
vbi Mediolanum cepit post mul-
tas victorias aduersus ducem Sforciā,
quem captiuum in Franciam addu-
xit, similiter Genuenses debellauit.
& regnum Neapolitanum cepit. Ioā
nem Benetiolum eiccit ē Bolonia,
quam aduersus Papam usurparat.
Præterea Venetos deuicit: quos &
cœgit reddere Papē, regi Hispaniæ,
ac Imperatori quæcūque contra eos
usurparant. Cuius egregii facinoris
malam compensationem recepit: nā
quibus opem tulerat, ac quos ex ini-
miciis liberarat, ij ad Rauenam vnde
quaque cum adorti sunt: vbi maior
sanguinis copia fluxit, quām dein-
ceps veruntamen rediit Ludouicus
victor in Franciam: vbi iterum ex o-
mini parte ab inimicis circundatus

est: hinc ab Hispanis, inde ab Hélue-
tiis, Item ab Anglis impetum susti-
nuit: quamobrem coactus est noua
tributa Indicere, & vestigalia augē-
re. Attamen non ita diu durarunt
hęc dura tempora. Nam per matri-
monium quod contraxit cum Maria
sorore regis Angliæ, cum omnibus
inimicis pacem composuit. In qua
mortuus est Anno regni sui, xvii. à
creato Mundo 5474. Salutis 1514.

I iij



DE FRANC. VALESIO LVIII. REGIS.



Mortuo Ludouico duodecimo
Franciscus Valesius regium dia-
demata, cōsequitur, Princeps illustrissi-
mus ac eximius virtutis valde studio-
sus omniūque bonarum artiū adeo
amator, ut suis temporibus omnes o-
mnia doctrinā generis literæ, cū Ro-
mana eloquētia, Grecorum sapiētia,

tum etiam Hebræorum intelligentia
in Franciam conuenient: & fami-
liari quodam vīlū, domesticāque con-
suetudine hospitium sibi fecerint.
Hic regni negotiis optimē constitu-
tis, ut Mediolanum suum recipiat
proficisciatur. Quod vbi intelligunt
Helvetij mediolanis frēti copiis, Re-
gi obuiam veniunt. Is fit armorum
vīrinque concursus, quem nulla nox
se iungere potest: sed quandiu qui
quis aduersum hostem in lūnari lu-
mine videt, trucidare non cessat, ne-
que prius illūcessit, quām confictum
externo magis cruentum renouant.
At tandem post, longa infida vul-
nera, fuga salutem iugurunt Helvetij.
Vibis claves Regii Mediolani adse-
runt: Et expugnata varce, Maximili-
anus dux captiū, in Franciam
misit. Posthac Fontarabiā
vallo, fossa, muro, fortissimam Fran-
ciā bellō cōpérunt. Hęc cum gerūtur
Carolus Hispaniātum rex, & Leo
Pontifex Romanus, Mediolanos ad-

suum Ducem repetendum haud se
gniter solicitant. Itaque ergo dum
Lantrechus ibi moderatur, tota Ita
lia miserè exturbantur Franci. Qua
mobrem maximam vim militum cō
mittit Rex; at hii duce Borbonio (Im
peratori enim iam tum fauebat) il
linc pelluntur. Et is Massiliam bello
expugnare adoritur: sed frustra cona
tus Italiam repetit. Quem abeūteni
fortissimis copiis multisque vigiliis
assequi Rex properat. Insubriam per
currit. Mediolanum nullo prælio cō
ficit, & Ticinum (vulgò Papiam) op
pidum natura loci, muroque latu mu
nitissimum obsidet, oppugnat, mœ
niorum longua pars bombardis pre
fracta corruit. In hostes gnauiter &
sæpius insultant nostri. Contrà vero
lapidibus, jaculi, pice, sulphure & te
dis ardentibus illi nostros arcent. Er
gò hōs obsidione longua expugnare
Rex cogitat: quod ut faciat haud lō
ge ab urbe castra metitut: ubi cum re
liqua exercitus parte hibernat, alte

ram enim Neapolim ire iussat.
Quorum alterum præ nimio frigore
leti primi, alterum extermorum ma
lorum omniū causā fuit. Hæc enim
quamprimum resciuit Borbonius, ex
peditionem parat: milites hottatur,
ne præsentis victoriæ occasionem a
mittant. simul ipsi iussa facessunt: &
nocte media in nostros cum princi
pis virtute, tum auxiliariorum multi
tudine feroces irrumunt. iamiam
glorię immemor pro salute certat
quisquis. at hoc in prælio hi Franciæ
primores occiderunt, quos nequa
quam tota telus satis cquo pretio re
dimere posset. & quod infunctorū
fuit postremum, in Hispaniam capti
vus Rex abducitur. Borbonus verò
Romam obsider, cui dum murū cōs
cendit cerebrum confuditur: neque
minus prædam in se cantur sui. tota
vrbe potiuntur. Interim ad suos Rex
reuerterit duobus ex filiis natu mai
ribus obsidibus datis, qui quidem cir
ca hæc imperatori optato fœdere cō

cimatur: & Alienorēm eius sororem
coniungem accipit. ab Hispania ob-
sides redeunt. & Franciscā Clemen-
tis Papae neptē Henricus, tum Aure-
lianorum dux iam verō totius Gal-
licæ Delphinus, vxorē ducit. Aliquātō
pōst nō sine causa Allobrogibus bel-
lum indicit. Expugnātur Thurini.
ad Versellas castra ponuntur. & iā to-
ta subiecta foret. Allobrogia ipsa: nisi
callidis suis rationibus regis animū
aliō diuertisset Imperator. qui codē
ferētēpore ex Afriqua rediens omni-
bus collectis copiis Franciā totā sub-
iugare minatur. Ergo Pedemontanos
inuadit. Nansoo duco Picardiam fer-
ro-infestatur. Provinciā ipse crebris
infestationibus lacerat. His nō dicē-
dum accessit incōmodum. Francis
heroum sanguine fortissimus. & filio-
rum regis maximus. Dalphinus ve-
nendo necatur. Nequo tamen tantis
his malis obrutis regis animus. I-
mōverō vehementius. ad virtutem
accenditur. cuncta constituit & suo-

rum animos mira fortitudine attol-
lit vsque adeo vt Imperatori nihil sit
fuga melius, qua sibi suisque summo
suo dedecore, & maximis acceptis
iniuriis vitam tutatur. Illinc Picar-
diā depopulatū contendit, cui oc-
currant Franci: cōque fugato He-
duos magno armorum imperu con-
ficiunt. At ille vt suis propemodum
victis subueniret, fama ferroque op-
pida multa solo adsequavit: & Mori-
nos crebris insultibus expugnare co-
natur; hos verō selectorum militum
fortissima manu, longa obsidione
rex liberat: Indiciasque oppressus
petit Imperator. quam acceptam In-
iuriam toto conamine vlcisci cupiēs
Pedemontanos rursum infestat, ar-
cesque aliquot expugnat. Sed rei eā
curā & diligentiam adhibet Fran-
ciscus, vt quæ bello perdiderat, bello
capiat. quibus etiā accessit cum alijs
multis cum natura, tum industria for-
tissimis oppidis Carignacū. Post hāc

vires quanto maiores coegerit hostis,
Pedemotanis que denuo bellum infert. quibus auxiliū ferre Angiano
duce Rex festinat: & insigni victoria
potitus etiam multò plura, quam sub-
begerant hostes inditionem recipit.
Quamobrem aut mori aut sine de-
decore viuere deliberat Imperator.
ergo toto impetu Francigenas adori-
tur. Luxemburgum non difficile re-
cipit. Ligniacum perfida præsidia ho-
ste nullo pugnante traddiderunt, Sa-
desiderianum verò diutius obsecsum
oppugnauit: sed munitionum pen-
uriæ tandem tradito oppido fortuna-
rum vitæque incolumis suscipitur cō-
ditio. Inter hęc alia ex parte in Fran-
ciam multas incursiones Angli faci-
unt: domos vastant, agros depopulā-
tur, & cum præsidiis pactione satis i-
niqua Boloniām (alias omni appara-
tu bellico munitissimam) inuadunt.
Quę dum aguntur oppidis quibus-
que fortissimis prætermisssis Parisios
properat Imperatoris exercitus. quę

res incolas eo metu perculit, ut reli-
cta vrbe profugi aliò alias sedes ex-
quirerent: quanquam instruictiorem
aciem, & partibus multis superiorēm
ipso imperatore haberet rex Francię:
qua si Deus voluisset, hosti viam pre-
cludere, & armatos dirumpere va-
luisset. At ex Romania cælitus (vt di-
cunt) Monachus quispiam tot tem-
poribus principes discordes, firma iū-
xit concordia: & infecto bello acies
seiunxit. Nuperrimè Angli pacis le-
gem recipiunt: qua certo auti ponde-
re excepto Boloniām egrediantur.
reliquas conuentiones, & cum Impe-
ratore firmati fœderis pactiones, nō
adhuc satis apertas reticeo. Post hoc
imitum fœdus cum Britanis pacatis
que inter Cæsarē & Fräciscum odiis
tranquillitateque Gallis vndique re-
stituta, grauissimo correptus febre
Franciscus coque breui animam
summo suorū mōrō, Råbouilletij
exalauit anno à salute restituta 1546.
die postrema Martii Regni sui 32.



Henricus. 2. Galliarū Rex, magni illius Francisci Regis filius, ad duodecim annos natus, die suo natali regnum est adeptus. Qui cū maximis populi optimi, & fidelissimi, multorumque virorū nobilium ac Principum Principē se esse, cōque loco locatū, vt longē futuros omniū

casus prospicere sibi oporteret, vidit, certis Principibus viris adhibitis, & nonnullis aliis rerum suarum peritis hominibus, omnibus regni rationibus diligenter prouidit: tantamque imperii sui bene administrandi spem omnibus attulit, vt talē Regem non natura solū & lege Gallica datum, sed vnum ex multis quasi conquisitū & electum omnes facilē iudicarint. Primū omniū, vir natura sanctus & religiosus, ne quis suo in regno dinnā Numen, ne quidue sancti deiera ret, acue noui quicquā in Ecclesiam liretur Religiose, sanxit. Nimiā illam vestimentorū lautitiā, priuatāmque omnem luxuriam, suo primū exemplo, deinde edicto fustulit: suum vt quisque in pace semper teneret, effecit. Ex quo ipso optimi Principis nomen, omnium consensu breuitempore obtinuit. Secundo sui regni anno Scotis antiquis Gallorum amicis ac feedere iunctis opem tulit

aduersus Britannos qui expulsam
passi & vici sunt. Renouauit foedus
à Patre Francisco cum Helvetiis pa-
ctum, idque antiquius redditum corro-
borauit. Fortes deinde arcis quæ in
Bononiensi agro à Britannis occupa-
bantur expugnauit. Bononiam Belgi-
cam tanto impetu obsedit, vt Britâ-
nos ad cōditiones pacis incūdas adu-
xerit. Mox aliquot principum Ger-
maniae præcibus, qui patriæ libertatis
tuendæ causa auxilium expostulabat
mot⁹ ipsem̄ in Germaniā copiosissi-
mum duxit exercitum: qui in itinere
mediomatrixes Annę montmo-
rcenii magistri Equitum industria
occupauit. Ab hac expeditione cre-
dicns Verdumum, Tullos, Damuil-
licram, Yuoyum, Mōedium alias-
que vrbes & castra inimicorum rece-
ptacula vi cepit. Interea Iulius 3. Ro-
manus Pontifex foedus cum Rege
iniit, quo Mirandula & Parma quie-
ti Seina pristinæ libertati exactis, His-
panis restitutæ sunt. Rege Henri-

co ita in Italia terum potuisse. Ca-
rolus Cæsar qui extra belli aleam
apud se quiete vniebat ad se rediit, co-
piosaque peditum ac equitum ma-
nu ad octoginta usque millia urbem
Mediomatricū obsidione cinxit, quā
paulò antea Rex ita omni bellico
commicatu, apparatu & præsidio mu-
nierat, vt inde referre pedem non
sine magna suorum internecione,
bellicarūque machinatum ac im-
pedimentorū iactura Cæsar sit coa-
ctus. Rex deinde cum exercitu Ebu-
rones pertransiens, Mariaburgum
recepit, omnia oppida in Ardennis
posita excidit & incendit. Bouinis ex-
pugnat⁹, captiōque Dinanto, Bintiū
euertit, & omnes hostium agros, ipso
hoste armato ac spectante, igne &
præda vastauit. Anno 1555. decimo
tertio Iāuarii die, induciæ factæ sunt
adquinquennium inter Francorum
regem & Carolum Cæarem ac Phi-
lipum eius filium Hispaniarum &
Angliæ regem. quo tempore bellici


tumultus in Italia excandescebant
inter Paulum 4. Pontificem & Colu-
mas. Breues hæ fuerunt inducē re-
cruduitque bellum inter Henri-
cum & Philippum. quo tempore stra-
ges Sanlaurentiana accidit, & San-
quintinum, Hanium & Castellum
Gallis creptum. Anno 1557. Cùm
Rex iniuriæ insolens, in illustrissi-
ma laude semper versatus tantæ con-
tumeliaz aculeum nullo modo ferre
posset, inimicorum iniutias, quibus
potissimum modo poterat, quā primū
vlicisci decreuit. Collectum instructū
que exercitum alienissimo anni tem-
pore contra omnium opinionē, suis
omnibus repugnātibus, eduxit in ex-
peditionem. Caletum, vrbem omniū
opinione inexpugnabilē, septimo ob-
sessionis dic, armis subegit. Guinā, ca-
stellum munitissimum, vi captū diruit.
Hamam apprehendit. Britannos de-
nique ipsos, qui plus ducētos abhinc
annos illam Galliæ partem, deiectis

Gallis, occuparāt: ex tota Gallia ex-
turbauit, suāmque intra insulam cō-
pulit, laude quidem perillustri. Quod
que superiores Galliarū Reges post
Philippum Valesium armati atque
victores, aut nunquam tantarē,
aut certe frustra ausi fuerant, id v-
nus Henricus cùm victus, & omni-
bus rebus comminutus videretur, ef-
fecit. Anno. 1558. die vicesima
quarta Ap̄tilis Franciscus Rēgis pri-
mogenitus Franciæ Delphinus Ma-
riam Stuartam Scotiæ Reginam in
vxorem duxit. Eodem anno circa
æstatis initium, Henricus gemino
exercitu conflato hostem ægressus
et. Thionville tertio mensis Iunij ca-
pta Arlonum secundo Iullij à Gallis
dirutum est. Circa hæc tēpora Ther-
metus franciæ Marescallus captis &
dirutis Bergha & Dunkerke cū belli
sortem prosequeretur, ad Gravelinā
fractus capr' que fuit. Tadē pax inter
Gallias & Britannias.

hos potentissimos reges Henricū & Philippū cōtracta est. Anno 1559. die 3. Aprilis maiorem natu Elisabethā filiam eidem Philippo, & Margaritā sororem vniacam Emanueli Philiber to Allobrogum Duci, in matrimonium dedit. Eadem in congressione cum Britannis bonis est conditionibus de pactus. Pace viciissim iure iurando firmata, celebratjs magnificentissimo apparatu Philippi Hispaniarū regis & Elisabethæ filie nuptiis: cum esset triduo post Emanuelis Philiberti & Margarite sororis nuptias celebraturus, dum ludi appareretur sumptuosissimi, & certamina equestria publice iam committeretur ludicra, cūmque ipse sēpius, magno omnium plausu, in ipsum venisset certamē: tertio certaminis die, spectatibus omnibus, hastis in pedius vehementi impetu vtrūque cōtractis, aperto ob grauissimum incursum oculorum tegmine, ipso hastæ trunculo aduersum dextrum oculū secūda percussione

denis assulis grauissimè vulneratur. Ille in cubiculo delatus, ad primā curationem vulnus esse mortiferū, nec hominum vllis remediis sanari posse, sibi quēc iam magis, illa de perpetua, quād de hac exigua vita esse cogendum prædictit. Ita que pauca quēdam de regni sui statu locutus, nullū deinceps alium, nisi de Deo & Christo seruatore, sermonem libenter audiuit. Et morbo in dies ingrauescente, rebus omnibus, quæ ad Christianum breui moriturum pertinēt, sanctè compositis, vndeclimo die eius dici, quo vulnus acceperat, hoc est, VI. Id. Iul. Anno à Christo nato M.D.LIX. Lutetiæ Parisiorum ad Turticulas de vita decessit. Corpus ad diui Dionysij fanum, omnibus funeris solennibus summa cum cærimonia seruatis, in Galliatum Regum sepulchrum illatum. Septem liberos, qui ex Catharina Medicea charissima coniuge, fœmina spectatissima, pulcherrimos suscepserat, Franciscū

natu maiorem Galliæ & Scotiæ Regem, annos circiter sexdecim natū, Carolum Maximilianum Aurelię, Alexandrum Eduardum Angolis- morum, Herculem Andegauensium Duces, & Elisabetham Hispaniarū Reginam, Claudiam Lotharingiæ Ducem, & Margaritam natu minimā, & tristissimum omnibus sui desiderium reliquit. Vixit annos xxxx. mens. iii. di. xi. Regnauit an. xii. mens. iii. di. xii.



DE FRANC. VALSIO LX. R. I. C. E.



Franciscus huius nominis secundus Franciæ & Scotiæ Rex, sexagesimus in ordine Gallorum regum. Circa decimum sextum ætatis annum Hérico. 2. patri in regnū successit Anno mundi 5526. à nato Christo. 1559. Cùm regno inaugurandus & sa- crandus erat, Rhemos adiit, ibique

K. iij

honorficè receptus, magno appara-
tu urbem ingressus est Septembri,
die 15. anni 1559. die Lunæ sequenti,
decima octaua mensis eiusdē à Ca-
rolo Lothareno Rhemorū Antisti-
te in magna æde vñctus sacratusque
pro gallorum regum more fuit. Inde
Barrum Duci usque sororem Clau-
diam Duci Austrasiam in matrimo-
nium iunctam, comitatus est. Hinc
varias urbes & loca peragris, Am-
bassiā appulit: quo loco mense Mar-
tio sequenti conuenerunt aliquot ar-
mati equites pedestresque. Hicque co-
gressus Ambassianus tumultus di-
ctus fuit. Aliquo temporis postea cla-
pso spatio Aurelius venit: quo loco or-
dinū cōuent⁹ indixerat ut sui populi
querelas acciperet. Cū hæc ageretur,
morbo decubuit: quo male decem &
septem dies affectus, animam exhala-
uit die Louis quinta Octobris 1560.
Regno potitus est menses sexdecim,
& viginti sex dies. Conditus est San.
Dionysij cum Henrico patre.

DE CAROLO LXL FRANC. REGE.



Carolus nonus huiuscē nominis
sexagesimus primus Francorū
Rex, Carolus Maximilianus, cum a-
gualustrali intingeretur, vocatus fuit
tertiusque ē filiis Henrici heres re-
gni factus est Francisco fratre vita fū
eo Anno mundi 1517. Salutis per
Christū restitutæ 1560. Hic Rhemis

in magna æde sacratus & corona-
tus fuit à Carolo Lotharingo Rhe-
morū præfule 16. Maij 1560. Curauitqz
die veneris 13. Decēbris 1560. ordinū
cōuētus cceptos psc qui Aurelię, quo
loco à Frācisco 2. fratre coierat, qdcin
de ad Pontifatā mense Augusto & Se-
ptēbris 1561. vocati fuēre: coque tem-
pore Poysiaci congressus factus est
de Religionis dissidiis, qui vulgo Col-
loquium Poysiacum dicitur. Varie-
tas de Religione sentēiarum ita Gal-
lorum mentes occupauit, vt inde ma-
gni tumultus excitati sint, exarserit-
que vndique Frācia ciuilibello, à quo
nulla vrbs neque pagus īnūnes fuere
cū magna omniū ordinū nece manu
que barbara, sine discriminē sexus in
omnes ſeuiente. Concurrentibus, v-
triusque partis ad arma affectis, ad
Druydas acies conuenerunt ibique
conflixerunt non sine vtrorūmque
magno danno & procerum interitu
id accedit decima nona die Decem-
bris 1562. protractaque hæ inimici-

tię fuerunt fere ad Resurrectionis vſ
que diem 1563. circa quem pax resti-
tuta fuit Galliæ Regis prudenti con-
filio: ad quam confirmandam Rex
Edicto sanxit quicquid vtriusque fa-
ctum, effet id suo actum nomine & ē
rebus suis esse. Eoque diplomate tā
iis qui romanam religionem ſectā-
tur, quam iis qui reformatam pro-
fitentem pacatè licet vitam degere
religionique ſuę vacare ſine villa in-
turbatione ac perquisitione. Belli
huius Ciuilis pacificatores fuerunt
Illustrissimus Ludouicus Borbonius
Condeus Princeps Regi Sanguinis
& prudentissimus Magister equi-
tum Annas Montmoratius vterque
prælio ad Druydas hinc inde captus
vtriusque exercitus ioperatores qui ad
pacē ineundā pluries in insula ad Li-
gerim e regione vestalium S. Lupo de-
notarum, verba contulerat, diligēter
que indagauerat quibus rationibus
quieti gallia restitueretur. Pacata gal-
lia Ambasiā rex petiit īde Vicenatū

factum à quo circa Iunij mensis finē
digressus est Neustriam adiens,edu-
xit exercitum in expeditionem recu-
peraturus ab Anglis Portum gratiæ
quem illi paulò ante occupauerant.
Vrbs vndique gallo milite circunse-
pta, tormentis bellicis murus fertur
eiisque pars difficitur, tantaque ma-
ceries fossam repleuit, ut gallis ad ag-
gressionem non difficilis esset adi-
tus. Comes Vuarnicius qui vrbem
tuebatur, hæc perpendens de pacis
conditionibus cogitauit, pactusque
cum Anna Montmorantio ad Iulij
finem 1563. Inde rex Rothomagum
venit, ibique à Senatu maior natu
proclamatus est, Edictumque Maio-
ritatis suæ promulgauit decima sex-
ta Augusti 1563. Quod etiam factum
est in Parisiensi senatu 28. Septem-
bris anni eiusdē. Paulò post Rex Lug-
dunum iuit lustrādi totius sui regni
causa, eiisque fines circumiēs Blæsos
tandem appulit. Anno 1564. Apirili
mense inter regem & Britanniæ re-

ginam fœdus publicatum fuit.
1566. mense Ianuario Rex imperio
suo adiecit Ducatum Auriensem in
eiisque vicem Alexandro Eduardo
fratri Andegauos & Borbonios con-
tulit. Herculi verò qui Andibus po-
tiebatur, Ducatum Alençonij & alia
quædam.

